

*Bodl.* 648 (2291) s. XV. f. 47. Descriptio orbis terrarum mit Völkertafel (Forschungen XVIII, p. 188).

f. 90. 'Post passionem Domini anno sequenti beatus Petrus apostolus filius Johannis provincie Galilee de vico Bethsaida frater Andree cepit presidere in partibus orientis, ubi quatuor annis pontificavit missasque celebravit, dicendo Pater noster tantum, deinde venit Antiochiam anno videlicet 38. natiuitatis Christi, ubi cathedram episcopalem adeptus sedit annis 7. Inde venit Romam anno sc. 45, ubi primus cathedram tenuit et sedit 25 annis, mensibus 5, diebus 13. Hic scripsit etc.

f. 123'. Die letzten 6 Päpste:

'Celestinus V. conversacione heremita jam eligitur in papam . . . et in castro Favionis tandem moritur.

Bonifacius VIII. electus in papam vivente predecessore suo Celestino sedit annis 8, mensibus 10; vacavit sedes diebus 10. Hic papa anno Domini 1295. statuit festum apostolorum quatuor evangelistarum et quatuor doctorum sub honore festi duplicis ab omnibus universaliter celebrari.

Benedictus IX. nacione Lumbardus sedit mensibus 8, diebus 17 — vacavit sedes mensibus 9, diebus 29.

Clemens V. sedit annis 8, mensibus 10, diebus 15. Tempore istius pape depositio fuit facta ordinis Templariorum per totam christianitatem per literas apostolicas.

Johannes XXII. nacione Caturciensis sedit annis 18.

Benedictus XII. sedit annis 7, mensibus 4, diebus 5'. (Pa.)

d. *Selden.*

3362. membr. s. XIII. 2 Voll.

Vox Willelmi:

'Sequentes 10 libros de gestis Romanorum Eutropius ad Valentem imperatorem edidit. Quibus quia Paulus montis Cassinensis monachus multa adjecit, cura nobis fuit, nomina eorum separatim ponere, ut, quid a quo dictum sit, lector possit intelligere. Sequentes etiam 5 libros usque ad Justinianum idem Paulus ex pluribus auctoribus et maxime Orosio et Jordane contexuit, sicut in margine annotare curabimus. Paulo autem sicut Orosium preposuimus, ita Jordanem subjecimus, ut ex utroque latere habeat lector integros quos iste putavit deflorandos. A Justiniano autem usque ad Ludovicum augustum collegit Haimo monachus Floriacensis'.

Eutropius. 'Domino Valenti maximo' etc.

Incipit liber I. Pauli et Eutropii de gestis Romanorum. 'Primus in Italia. etc. — ad reipublicae jura reduxit'.

Pauli monachi Cassinensis liber V. de gestis Romanorum explicit. Jordanis episcopi Ravennatis natione Gothi de gestis Romanorum ad Vigilium abbreviationis liber incipit.